

„Monet memoriam, rationem docet, mouet voluntatem. In his  
 „enim tribus tota consistit anima. Memoriae suggestit bona in  
 „cognitionibus sanctis, atque ita ignoriam nostram torporemque  
 „repellit: propterea quoties hujusmodi suggestionem boni  
 „senseris in corde tuo, da honorem Deo, & age reverentiam  
 „Spiritui S. cuius vox sonat in auribus tuis. Ipse namque est, qui  
 „loquitur justitiam, Et in Evangelio habes, *Quia ille suggestet*  
 „*vobis omnia, quecumque dixerim vobis.* Et adverte quid praemissa  
 „serit, *Ille docet vos omnia. Dixeram enim, quia docet rationem.*  
 „Multi siquidem monentur, ut bene faciant, sed minimè sci-  
 „unt, quid agendum sit, nisi adsit denuò gratia Spiritus S. ut,  
 „quam inspirat, cognitionem doceat in opus proferre, ne val-  
 „cua in nobis sit gratia Dei. Sed quid? Scientibonum & non facie-  
 „nti, peccatum est illigratis. Propterea non solum moveri & do-  
 „ceri, verum etiam moveri & affici ad bonum necesse est, ab eō  
 „utique Spiritū, qui adjuvat infirmitatem nostram, & per quem in  
 „cordibus nostris diffunditur charitas, quae est bona voluntas. Ita-  
 „que cùm sic adveniens spiritus totam possederit animam sug-  
 „gerendo, instruendo, afficiendo, loquens semper in cogita-  
 „tionibus nostris, ut audiamus & nos, quid loquatur in nobis  
 „Dominus Deus, rationem illuminans, voluntatem inflam-  
 „mans, non tibi videtur, quia totam domum impleverint dis-  
 „pertitiae linguae tanquam ignis? Nam in his tribus superius di-  
 „ctum est animam consistere totam. Sint autem dispertitiae lin-  
 „gue propter multiplices cognitiones, sed earum multiplicitas  
 „& uno lumine veritatis & uno charitatis fervore sit tanquam  
 „ignis: aut certè domus impletio fini potius reserveretur, quan-  
 „do mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & super-  
 „effuentem dabunt in sinus nostros. Sed quando haec erunt?  
 „Profecto cùm completifuerint dies Pentecostes. Felices vos, qui  
 „jam intrastis quinquagesimam requiei & jubileum annum:  
 „fratres nostros loquor, quibus jam dixit Spiritus, ut requiescamus

alio